Quelle: https://manuscripta.at/?ID=128
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



queritur facti: in duas distribuitur partes.
Nam aut in preteritum queritur de qualitate proposita: aut in presens aut in futurum. Si in preteritum: partitio constitutio nuncupatur. Si presentis et futuri temporis tenet questionem: negotialis dicitur.
Iuridicialis autem. cui inquisitio preteriti respicit: duabus partibus: segregatur. Aut enim in ipso facto uis defensionis in: absoluta qualis nuncupatur: aut extrinsecus assumitur assumptiua dicitur constitutio. Si: et: in partes quatuor diuiditur. Aut enim concediturcrimen. aut renouetur. aut refertur: aut quod ex ultimum comparatur. Concedit crimen. cum nulla introducitur facti defensio. si: uenia postulatur. Id fieri duobus modis potest. si deprecetur aut purget. Deprecatur: cum nihil extenuationis attulerit. Purgat: cum facti culpa his assertibus quibus obsistit obuiarique non possit. neque tamen prosone sit. Id enim in aliam constitutionem cadit. Sunt autem: in prudentia. casus atque necessitas. Remouetur enim: cum ab eo quod incessitur transfertur in alium. Si: remotio criminis duobus fieri modis potest: si aut causa referatur aut factum. Causa refertur: cum aliena potestate aliquid factum esse contendit. Factum autem: cum alius aut potuisse: aut debuisse facere demonstratur. Atque: hi in his maxime ualent: si ei nostis in nos intendatur actio. quod fecerimus id quod non oportuit fieri. Refertur enim: cum iuste in aliquem factum commissum esse contendit. quum his in quem commissum sit iniurius sepe fuit atque: id quod intendit meruit pati. Comparatio ex: cum per meliorem utiliorem ne re factum quod adversari arguit commissum esse defendit. Hec autem omnia sunt pene differentie atque adeo minutissime diuisiones: quas rethorum in his docendis explicandisque conscripti libri diligenter continent.
Nos hanc a marco tullio sumpsisse sufficiat: ad aliud enim tota opis festinat intentio: de quibus omnibus hoc dispiciendum est. Marcus enim tullius causarum partes constitutiones esse demonstrat: eo loco quo contra hermagoram ait dicens. Quod si genus causae partes non possunt recte putari: multo minus recte partes causae partes putabuntur. Partes causae constitutiones esse designans. De qua re: multa questio est. Quoniam enim causae partes esse putabuntur. Si enim ita partes ut species. quomodo fieri potest. ut in una eademque causa. plures constitutiones sint: Nam species: sibimet inpermixte sunt. At uemunt in causam plurime constitutiones. Non